



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Examen Confessariorum Repetitum**

**Schoonaerts, Gregor**

**Coloniæ Agrippinæ**

**VD18 14542323-001**

§. 8. Circa octavum præceptum duo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41226**

mollitiem, sodomiam, bestialitatem. An pollutionem voluntariam passus fuerit in vigilia, & quæ persona fuerit objectum cogitationis. 4. Si insecurus est fœminam diu, an pervenerit ad verba, literas, munera, oscula impudica, tactus &c. si ornatu, musicâ, & aliis ob malum finem placendi, & provocandi ad libidinem usus est. 5. Si lectione librorum impudicorum se provocavit ad libidinem, optavit ab aliis concupisci, jactavit se de hujusmodi peccatis. 6. A conjugato si petivit debitum cum impedimento affinitatis, cognationis spiritualis, voti castitatis, periculi abortûs, vel effundendi semen extra vas.

#### §. 7. Circa septimum Præceptum quinque.

1. De furto in notabili quantitate etiam à propriis parentibus, de damno illato, an iussus in alia Confessione restituit. 2. De fraudibus in emptione & venditione circa rem, pretium, pondus, mensuram, numerum, si emit rem alienam scienter. 3. De usuris in mutuo, in emptione anticipata, vel dilata solutione, in cambiis, societatibus, censibus. 4. De fraudibus in ludo, an cum personis inæqualibus quoad artem, inductis importunis precibus, aut minis. 5. De animo furandi aliena, retinendi cum damno domini, de concupiscentia variarum rerum alienarum, de cooperatione modis dictis,

#### §. 8. Circa octavum Præceptum duo.

1. De injuriis extra judicium. 1. De mendacio perniciose, 2. De detractione, mentiendo, vel

vel dicendo verum occultum, quod infameret, vel ex loquacitate infamando, vel referendo aliorum mala animo infamandi, vel audiendo, & cooperando infamationi. 3. De secreto revelato absque justa causa, apertione literarum alienarum. 4. De susurratione, seminando discordias, irrisione animo confundendi. 5. De maledictione, animo ut grave malum eveniat, judicio temerario, & suspicione. 2. De injuriis in iudicio ex parte judicis, accusatoris, rei, testis, advocati, procuratoris.

### §. 9. Circa nonum Præceptum quinque.

1. **D**E Superbia, an putaverit se habere bona, vel à Deo ex propriis meritis, vel tribuit quæ non habet, vel alios contempsit inordinate. 2. De vana gloria, quando optatur, vel quæritur de re mala, aut malis artibus, aut relatâ ad malum finem. 3. De inobedientia, & ambitione. 4. De gula, an per eam violatum sit præceptum, vel ea quæsita sit cum notabili damno salutis propriae, vel proximi, vel propter eam debita non solvantur.

### §. 10. Circa decimum Præceptum quinque.

**Q**Uæri potest in fine. 1. An sciat necessaria, & obligationes proprii statûs. 2. An aliquid aliud se offerat memoriæ conscientiam gravans. 3. An doleat generaliter de offensis in custodia quinque sensuum, trium potentiarum, operum misericordiæ. 4. De ingratitudine in reddendis

gratia